



colorchecker CLASSIC



xrite






Thracia  
Dimerzorum

17.

1289





XV<sup>e</sup> s. n<sup>o</sup> ~~1140~~

~~n<sup>o</sup> 6309~~ 1289



- Cable dei mattoni contenute d'anni e volume  
 1.° Christophori Richeri Chorignei de rebus turcarum libri  
 quinque pagina 4.  
 2.° Commentario dilectissime de turchi di Paulo jorio vescovo di  
 nocera a Carlo quinto imp. auy pag. 65.  
 3.° Laudivii equitis ad flamminum Braltrandum in Epistola  
 magni turchi prefatio pag. 108.  
 4.° Gubelmi caordin obsidionis Rhodie urbis descriptio pag. 131.  
 5.° Chroue Guichardi Rhodie oratio super Rhodiorum oppugnatione  
 et de ditione pag. 149.  
 6.° Joan. Quintini pedis ad Sophum insulae Melitae descriptio  
 pagina 161.  
 7.° Sim. Pegnii Grinopi de foraticae desolatione oratio p. 174.  
 8.° Mariani Barletti de obsidione scodrensi coniones variae  
 a Memusette turcarum principe et ab aliis nisi critica  
profectis compositae pag. 177.  
 9.° Bellum scodrense pagina 249.  
 10.° Vintiero Riagguggio del successo di Samagorta pagina 260.  
 11.° Relation de la journal de succedi da alio pag. 264.  
 12.° Copia di una lettera del sig. Secretario del illust. signore  
pio andrea Doria con il vero disegno del luogo dove e seguita  
l'agionata miglia sopra lepanto. pag. 268.  
 13.° Lettera del Clarissimo S. Giuliano Diedo all'illustrissimo  
sig. mare antonio D'arbaro nella quale e confid. il mare  
si describe la gran battaglia navale pag. 272.






14. Alphonsi ~~patris~~ De federe e de Victoria contra  
Lucas brevis enarratio pagina 303.
15. Johannis baptistae e Casarii De Victoria Christianorum  
ad Chinadas oratio. pagina 314.
16. alla sacra maesta Del imperatore Rudolfo II.  
Relatione di Mons. Gio Maria tagliaveri intorno  
La presa di Gerasano con sue lettere pag. 322.
17. fedel Relatione mandata Dall illust. sig. Baldo  
Di Cremona f. Oderando Vecchiotti pagina 332.





7




Si. Begnii Epi  
 modrusien d'Loz  
 uatiæ desolatiõe  
 O'road Leonez  
 .X. Pont. mar.  
 Non. Nouibus  
 habita. M. D.  
 XVI.

67



Handwritten notes in a cursive script are visible along the right edge of the page, partially obscured by the binding of the book.





Si . . .  
modum . . .  
nunc . . .  
et . . .  
non . . .  
et . . .  
174.





174  
**C**Si. Begnii Episcopi Modrusiensis de Coruatiæ  
desolatione Oratio.

I animis uestris excidisse crederem quod  
longa satis & miserabili oratione prædixif  
se me recolo:uberiori nune lachrymarum  
torrête subsequutam Coruatiæ desolatio  
nem prosequerer. Verum quoniam hodierna hæc di  
es de priori illa iudiciũ faciet: legationis huius munus  
detrectare non debui:quandoquidem & ad te uen i:  
pater beatissime:qui benignissime alias me audistis  
Et tuã Deus opt. max. causam ago: Cuius misericor  
diam supplex imploro-ut & mihi dicendi copiam: &  
Leoni pont. nostro max. hisq; patribus calamitates  
nostras intelligendi & prouidēdi promptitudinē lar  
giaris. Fregepanum familia si generis ant:quitatem  
inspicimus nobilissima:si res domi militiaq; gestas p  
currimus clarissima semper extitit. Ex ea.n. tanq̃ ex  
fecundissimo quodam seminario dignissimi in omni  
uita uiri prodire. Quorum qui domi claruerint ne  
mo est qui seire non possit si perquirere libet. Ex his  
autē qui lustrādi studio & Romani nominis propa  
gandi causa Italia egressi sunt deuotissimi sanctitatis  
tuæ et sacrosanctæ sedis apo. filii Bernardinus Ioan  
nes Nicolaus et Michael descendere: Quorũ res ge

Hujus Orationis  
Gallia Versio estat  
in Volumine Bibliothē  
cae Marainee signato  
1804h, post Vestitionem  
Bulle Leonis X.

Com  
paga  
o. m  
m  
ullo  
ho  
yho  
gra  
vri  
m  
m  
m  
m



stas et merita quoniam uitali adhuc aura pfruuntur  
silentio inuoluam. Quanta tamen maiores eorum  
pietatis religionis et auctoritatis fuerint: non abre erit  
pauca commemorasse. Federicus et Bartholomeus Fre  
gepanes Belam Ungarorum Regem anno domini mille  
simo ducentesimo quinquagesimo sexto caestri pra  
lio a Tartaris profligatum: regno deinde expulsam  
et ad maritima latibula fugientem (quo tempore Ve  
glia insula potiebantur) benignissime excaperunt: et  
uiginti quattuor auri atque argenti facti marcharum milli  
bus donauerunt. Quo auxilio ille se suosque colligens  
adiuantibus maxime fregepanum copiis Tartarorum  
rabiam repressit: eorumque Imperatore & multis mil  
libus una acie caesis amissum Paulopost regnum re  
cuperauit. Ioannes Bernardini praecursor Sigismundus  
tunc ungarorum Rex (quo tempore triceps illud  
Schisma uigebat) quadraginta duo ducatorum millia  
mutuo dedit. Qua pecunia adiutus Sigismundus  
innumeras fere ad remp. Christianam ex uoto con  
pendam impensas fecit: perniciosissimum schisma extin  
xit: et eam qua nunc quoque frui mini pacem uobis con  
parauit. Nicolaum uero huius Ioannis filium praeci  
pua laude et omni commendatione dignum quis iure  
non estimauerit? Nam cum ditissimus esset magna in Deum  
et sacra loca pietate flagrauit: complura diuersorum



175  
certo certius sit subiturū. Sed auerte tū Deus ops tū  
mali, ominis successum: præ mori, n. mallem qua ut  
meo id factum esse tpe minores accipiant. Ad te itaq;  
spectat (ut diximus) puidere nequid christiana respa  
detrimenti capiat: itaq; age pater beatissime: ut tua nos  
ope seruos esse cæteri christiani intelligant. Pauca a  
uobis miseri poscimus: et micis q̄ cadunt de mensis  
uestris saturari expetimus. Quid prodest (per Deū  
rogo) aurum atq; argentum insatiabili anxietate con  
gere: si congestum tanq̄ Gryphi custodiamus? Ingē  
tes domorum moles erigimus, easq; ac si perpetuo in  
eis habitaturi essemus auro et marmoribus incrusta  
mus. Quid preciosa suppellex? Et aurum quod ad  
captiuorū redemptionem habere debet ecclesia: ne in  
hostium potestate deueniat: (ut de templo domini  
Assyrios iustulisse refert Ambrosius) in sacro quid  
facit? si prophanantur templa? sacraria spo iātur? uir  
gines corrumpuntur? sanctuarium Dei polluitur? Si  
sacratissimum Christi corpus sacrilega hostiū manu  
de tabernaculis educi & pedibus conculcari (nullo ui  
dice) uidemus et patimur? Quo (per Deum omnipo  
tentem) pueri ex Modrusiensi nouissima præda sex  
tantillis auenæ modis: Tertius uno: Quartus una  
placēta a Turcis redēpti sunt: Ita ut minima auri aut  
argenti parte: quod nimia cura custodimus ne dum



totam illam prædam redimere: Sed ne caperetur etiã  
obsistere potuissimus: Quis igitur te accingente gla  
dium super femur tuum potentissime manus' conse  
rere ultro non appetet? Quis te duce: te spectatores:  
pro christiana fide libens non obierit? Reges cõsur  
gent: Principes mouebuntur: mare classibus conster  
netur: Campi milite replebuntur: timebunt gentes/  
aduersarii formidabunt: Et fugiet serpens a facie leo  
nis rugientis & persequentis. O terq; quaterq; beati  
quibus auita regna uidere: & patrias terras colere da  
bitur: Beatissimi uero quis sub crucis signo & te Im  
peratore oppetere continget. Quod si generalis hu  
ius expeditionis tempus (ut dici fortasse possit) nõ  
dum aduenit: Et si saluos nos esse uultis ut uobiscũ  
tunc arma sumamus: respicite in nos & misereami  
ni nostri: Itaq; agite ut tempus illud expectare possi  
mus: Cum certe robustissimum hominum genus &  
ad bella cum turcis gerenda doctissimũ seruasse uos  
non penitebit. Sic ciues romanos & de rep. quidem  
nostra optime semper meritos seruaueris pater san  
cte. Sic neminem ex his qui tibi dati sunt perdidisse  
diceris. At si gemitus nostros contemnitis & preces  
nostras non exauditis: Sciat sanctitas tua nos malis  
omnibus undiq; coangustari: uires nostræ defecerũt  
amici omnes & proximi nostri qui pugnare pro no




176  
bis deberent elongati sunt a nobis: unaq; est & Deo  
opt. max. & tua sanctitate spes libertatis: qua si infæ-  
lix illa patria frustrabitur: supremum hoc sanctitati  
tuæ legatiōis munus exoluimus: Nostri enim fœdus  
aliquod icere pacemue cum turcis facere & censum  
illis pendere coguntur: prisca tamen nobilitatis me-  
mores (ut acerrimos christianæ fidei defensores de-  
ret) sanctitate tua & hac sacrosancta sede ap. incōsu-  
ta: licet moniti sæpius & hortati sint ab ipsis: facere  
id noluerūt. Accepisti igitur pater beatissime: calami-  
tatum nostrarum & angustiarum statum: Accipe item  
supremæ necessitatis excusationem: Tu uero Deus  
omnipotens: indiuidua trinitas: sancta religio: cui illi  
batam incontaminatamq; fidem in maximis perse-  
cuuatiōibus & angustiis hucusq; seruauimus. cau-  
sam nostram intende preces admitte. Tibi. n. omne  
cor patet: & nullius te latent latibula uoluntatis. Vi-  
disti Domine afflictionem populi tui. & q̄ subsistere  
ante faciem inimicorū non possumus. tu nosti. Illud  
deniq; nullo piaculo p̄termittā & plusq; dici possit.  
uereor pater scē ne paupes illi nr̄i egestate. iopia &  
desp̄atiōe ducti una cū turcis bellare & ceteros xp̄ia  
nos depopulari cogantur: cuius rei q̄ causam dederit  
Deo oīpotenti rationē reddat: Dixi tñ id propterea  
uobis: ut cum factū fuerit: si credere nunc nō uultis:  
reminisca mini quia ego dixi uobis:











The  
Din











